



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtrum conditio seruitutis impediât matrimonium? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

- ¶ Secundo, vtrum seruus sine consensu domini possit matrimonium contrahere?
 ¶ Tertio, vtrum aliquis postquam vxoratus est, possit se seruum facere sine consensu vxoris?
 ¶ Quarto, vtrum filij debeant sequi conditionem patris vel matris?

ARTIC. I.

208 *Vtrum conditio seruitutis impediatur matrimonium?*

Tho. 4. d. 36. q. vni. ca. ar. 1. & seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod conditio seruitutis non impediatur matrimonium. Nihil enim impedit matrimonium, nisi quod habeat aliquam contrarietatem ad ipsum. Sed seruitus non habet aliquam contrarietatem ad matrimonium: aliter inter seruos non possent esse coniugia. Ergo seruitus non impedit matrimonium.

in Pastoralis p. 2. c. 6.

¶ 2 Præterea, illud quod est contra naturam, non potest impedire illud, quod est secundum naturam. Sed seruitus est contra naturam: quia sicut dicit Gregorius, Contra naturam est, hominē homini velle dominari: quod etiam patet ex hoc quod homini dictum est, præsit piscibus maris, &c. Non autem ut præsit homini. Ergo non potest impedire matrimonium, quod est naturale.

in Pastoralis p. 2. c. 6.

† *in digesto veteri lib. 1. tit. 1. leg. 4.*

¶ 3 Præterea, si impediatur, aut hoc est de iure naturali, aut de iure positiuo. Non de iure naturali, quia secundum ius naturale omnes homines sunt æquales; ut Gregorius * & Boetius dicunt. Et in principio Digestorum † dicitur, quod seruitus non est de iure naturali; positiuum etiam ius descendit à naturali. Tullius dicit. Ergo secundum nullum ius, seruitus impedire potest matrimonium.

¶ 4 Præterea, illud quod impedit matrimonium, æqualiter impedit, siue sciatur, siue ignoretur, ut patet de consanguinitate. Sed seruitus vnius cognoscitur ab altero, non impedit matrimonium. Ergo seruitus, quantum in se est, non habet quod impediatur matrimonium. Et ita non deberet poni per se matrimonij impedimentum ab alijs distinctum.

¶ 5 Præterea, Sicut contingit esse errorem circa
seruitutem, vt putetur liber qui seruus est: ita potest
esse error de libertate, vt putetur seruus qui est liber.
Sed libertas non ponitur matrimonij impedimen-
tum. Ergo nec seruitus deberet poni.

¶ 6 Præterea, Magis facit graue societatem matri-
monij, & plus impedit prolis bonum, morbus lepræ,
quam seruitus. Sed * lepra non ponitur impedimen-
tum matrimonij. Ergo nec seruitus debet poni.

*decret.
lib. 4. tit.
8. c. 2.
† in decr.
lib. 3. tit.
9. c. 2. c.
4.

SED contra est, quod Decr. † dicit de coniugio
mororum, quod error conditionis impedit contra-
ctum matrimonium, & dirimit contractum.

¶ Præterea, Matrimonium est de bonis per se ex-
pugnandis, in quantum habet honestatem. Sed serui-
tus est de per se fugiendis. Ergo matrimonium & ser-
uitus sunt contraria, & sic seruitus matrimonium
impedit.

RESPONDEO dicendū, quod in matrimonij con-
tractu obligatur vnus coniugum alteri ad debitū red-
dendum: & ideo, si ille qui se obligat, est impotens ad
reddendum, ignorantia huius impotentie in eo cui fit
obligatio, tollit contractum *. Sicut autem per impo-
tentiam coeundi efficitur aliquis impotens ad solu-
endum debitum, vt omnino non possit soluere: ita per
seruitutem, vt libere debitum reddere non possit. Et †
sicut impotentia coeundi ignorata impedit ma-
rimonium, non autem si sciatur; ita * conditio serui-
tutis ignorata matrimonium impedit, non autem ser-
uitus scita.

Aug. lib.
22. cont.
Faust. c.
in lib. de
bono con-
iugali, c.
6. 10. 6.
* in dec.
lib. 4. tit.
15. c. 2.
† eodem
cap.

Ad primum ergo dicendum, quod seruitus contra-
ctus matrimonij, quantum ad actum, ad quem quis
matrimonium alteri obligatur, quem non potest
sine exequi: & quantum ad bonum prolis, quæ pe-
nitenti conditionis efficitur ex seruitute parentis. Sed
quilibet potest in eo quod sibi debetur, sponte
aliquid subire: ideo si alter coniu-
gat alterius seruitutem, nihilominus tenet ma-
rimonium. Similiter etiam quia in matrimonio est

* vt dici-
tur in de-
cret. li. 4.
tit. 9. c. 4.

æqualis obligatio ex utraque parte ad debitum reddendum, non potest aliquis requirere maiorem obligationem ex parte alterius, quam ipse possit facere: & propter hoc etiam seruus, si conrabit cum ancilla, quam credit liberam; non propter hoc impeditur matrimonium. Et sic patet, quod seruitus non impedit matrimonium, nisi quando est ignorata ab alio coniuge, et si ille sit liberæ conditionis: & ideo nihil prohibet inter seruos esse coniugia, vel etiam inter liberos & ancillam.

Ad secundum dicendum, quod nihil prohibet aliquid esse contra naturam, quantum ad primam intentionem ipsius; quod non est contra naturam, quantum ad secundam eius intentionem: sicut omnis corruptio, & defectus, & senium, est contra naturam, ut dicitur in secundo de Cælo *: quia natura intendit esse & perfectionem. Nō tamen est contra naturam intentionem naturæ: quia ex quo natura non potest conservare esse in vno, conservat in altero, quod generatur ex corruptione alterius: & quando natura non potest perducere ad maiorem perfectionem, adducit ad minorem: sicut quando non potest facere masculinum, facit feminam; quæ est mas occasio, ut dicitur in 16. de Animalibus. Similiter etiam contra quod seruitus est contra primam intentionem naturæ, sed non est contra secundam: quia naturalis inclinatio ad hoc inclinatur, & hoc appetit natura, ut quilibet sit bonus. Sed ex quo aliquis peccat, natura etiam inclinatur, ut ex peccato pœnam reportet: & sic seruitus in pœnam peccati introducta est. Nec est contra naturam, hoc modo impediri: sic enim matrimonium impeditur per impotentiam coeundi †; quæ est contra naturam modo prædicto *.

† ut dicitur infra q. 58.
* in hac eadem solutione.

Ad tertium dicendum, quod ius naturale dicitur quod pœna sit pro culpa infligenda, & quod sit sine culpa puniri debeat: sed determinare pœnam secundum conditionem personæ & culpæ, est iuris prædicti.

seruitus quæ est quedam pena deter-
minata, est de iure positiuo, & a naturali proficisci-
tur, sicut determinatum ab indeterminato: & eodem
iure positiuo determinatè est factum, quod seruitus
ignorata matrimonium impediatur, ne aliquis, sine cul-
pa puniatur: est enim quedam pena vxoris, quod
tunc virum seruum, & e conuerso.

Ad quartum dicendum, quod aliqua impedimen-
ta sunt quæ faciunt matrimonium illicitum. Et quia
voluntas nostra non facit licitum aliquid esse vel illi-
citur, sed lex cui voluntas subdi debet: ideo igno-
rancia talis impedimenti quæ voluntarium tollit, vel
tollit, nihil facit ad hoc, quod matrimonium ten-
tetur vel non teneatur: & tale impedimentum est affini-
tas, vel votum, & cetera huiusmodi. Quædam autem
impedimenta sunt, quæ faciunt matrimonium ineffi-
cax ad solutionem debiti: & quia in voluntate nostra
non possunt, debita nobis relaxare, ideo talia impedi-
menta si sint cognita, matrimonium non tollunt, sed
tollunt quando ignorantia voluntarium excludit: &
talia impedimenta sunt seruitus & impotentia co-
nata. Et quia etiam de se habent aliquam rationem
impedimenti, ideo ponuntur specialia impedimenta
per errorem. Non autem personæ variatio ponit
speciale impedimentum, præter errorem: quia
persona alia subintroducitur non habet rationem im-
pedimenti, nisi ex intentione contrahentis.

Ad quintum dicendum, quod libertas non impe-
dit matrimonij actum: vnde libertas ignorata non
impedit matrimonium.

Ad sextum dicendum, quod lepra non impedit ma-
rimonium quantum ad primum actum suum: quia le-
prosi debita reddere possunt libere, quamuis aliqua
pericula matrimonij inferant, quantum ad secun-
dum actum: & ideo non impedit matrimonium sicut
lepra.

*vide lib.
4. det. tit.
8. c. 1.*

